

vitulorum fatigatos præ se ferentes. Alienæ quoque
 1 religionis intellectu, creduntur maria transitori ^{1 regionis.}
 non ante naves conscendere, quam invitati recto-
 ris jurejurando de reditu. Visique sunt fessi ægritu-
 dine (quando & illas n. oles infestant morbi) ^{2 her}
 bas supini in cœlum jacentes, veluti tellure preci-
 bus ³ allegata. Nam quod ad docilitatem attinet,
 regem adorant, genua submitunt, coronas porri-
 gunt. ⁴ Indis arant minores, quos appellant no-
 thos.

² per her-
bas supini
in cœlum
jacentes. *V.*
³ allegata.
M allegata.
V Sabellius.
⁴ Indi ar-
rant mino-
ribus, quos
Indici Ara-
bici mino-
res, quos.
Parmense.

CAP. II. Quando primum juncti.

Romæ juncti primum subiere currum Pompeji
 Magni Africano triumpho: quod prius India
 victa triumphante Libero patre memoratur. Proci-
 lius negat potuisse Pompeji triumpho junctos ⁵ in-
 gredi portam. Germanici Cæsaris munere gladi-
 torio, ⁶ quosdam inconditos motus edidere, saltan-
 tium modo. Vulgare erat, per auras ⁷ arma jacere
 non auferentibus ventis, atque inter se gladiatorios
 congressus edere, ⁸ aut lasciviente ⁹ pyrrhiche ¹⁰ col-
 ludere: postea & per funes incidere, ¹¹ lecticis et
 iam ferentes quater, ¹² singulos puerperas imitantes;
¹³ plenisque ¹⁴ hominum tricliniis ¹⁵ accubitu, iere
 per lectos ita libratis vestigiis, ne quis ¹⁶ portantium
 attingeretur.

⁵ ingredi
porta. *M.* &
Cb. ingredi
porta. *V.*
⁶ quosdam
etiam in-
conditos.
Gal. & *Cb.*
⁷ pernici-
tate. *M.* *V.*
⁸ collide-
re. *V.*
⁹ lecticis
e. f. q. sin-
gulas. *M.*
¹⁰ modo, lecti-
cis e. f. q.
singulas, ut
Intelligamus
elephantas
feminas.
¹¹ pleris-
que. *M.*
¹² homi-
ne. *Cb.*
¹³ accubi-
tum. *M.* &
Cb.
¹⁴ portan-
tium. *M.*
structorum,
ministro-
rum fercula
& epulas
ferentium.

CAP. III. De docilitate eorum.

Certum est, unum tardioris ingenii in accipien-
 dis quæ tradebantur, sæpius castigatum verbe-
 ribus, eadem illa meditantem noctu repertum.
 Mirum

[⁸ Arma jacere non auferentibus ventis.] dig. cap. 8. Vide quæ adnotata sunt infra
 Velut quadam prælusione, more pila- ad finem libri 36. *Daioc.*
 riorum & ventilatorum ea quæ emiser- [¹⁰ Aut lasciviente pyrrhiche colludere.]
 gant, ut scribit Quintilianus lib. 10. ita Est autem πυρρική saltationis genus
 librantium, ut venire in manus vide- Cretensibus imprimis familiare. *Gelo-*
 rentur, & qua juberent, decurrere. *Rho-* *nime.*